



**D. DIONYSII // A RICKEL CARTHVSIANI, // de perfecto
mundi contemptu, // ut pius ita utilissimus heptalo- // gus**

Dionysius <der Kartäuser>

Coloniae, Nov. 1530

De passione Christi.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55472](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55472)

bone frater intente pensemus, non solum nō oblectabunt voluptates carnales, neq; de eo tantum lætabimur, gratiasque agemus: q̄ ab hoc nequam seculo erepti sumus: sed & miseris quoque mundi amatoribus vehementissime cōpartimur, atq; pro eis affectuosius diuinam bonitatem precabimur. Insuper ad nihilum deducetur in conspectu nostro malignus: timentes autē dominum glorificabimus.

Psalm. 14.

De passione Christi. Art. XV.

Feria sex. meditatio.



Sic scire cupis, quali te Christus charitate dilexit: intende quanta pro tua salute pertulerit. Proinde si peccati grauitatem, enormitatemq; agnoscere opras: cōtemplare quia aliter peccatum mundi tolli non potuit, nisi ipse mundi creator, verusq; deus, id ipsum incarnatus proprio sanguine aboleret: & ita cogitans, Christū diligere, & peccata abominari incipies. Acerbiter ac varietatem passionis domini tui, tibi sub pectore tuo tanquam fasciculum myrrhę reconde: & ne tantę charitati ingratus sis, quotidie eam deuotissima recale mente: atque in ea vide & disce, quid te oporteat facere: quomodo pati aduersa, & Christi imitari vestigia, seruum eius condeceat. Recordare itaq; illius sacratissimę nouissimę coenę, & quomō in ea charitatē edocuit, tā v̄bo q̄ ope. Verbo qdē dū dixit, Mā datū nouū do vobis, ut diligatis inuicē. Opere autē dū propriū corpus in cibū, & sanguinē dedit in potū. Quēadmodū etiā in ea humilitatē summe instruxit. Discipulorū abluēs, tergēsq; pedes: et id nobis imitari p̄cipiēs. Deniq; quō factus in agonia p̄lixius orauit, et factus est sudor eius sicut

1. Pet. 2
1. Jac. 8

Iohan. 13
Luc. 22
Iohan. 13

Luc. 22
gutta Luc. 22

D. DIONY. CARTHV.

Guttæ sanguinis decurreris in terrâ: quomodo postea traditus, captus, atq; ligatus: ad domû pontificis ductus est: & quomodo nocte illa potestati tenebrarum concessa, illuserunt ei, cadentes, velantes conspuentes, colophantes, ac blasphemantes filium dei, & sanctum sanctorum. Et quod licet ipse non auertit faciem suam ab increpantibus & conspuentibus se: patientiam docens, sed patientiæ formam efficiens. Præterea quomodo ligatus & consputus, præsidii tanquam seducter præsentetur, & accusetur: quomodo ab Herode cõtemptus, alba veste irrisus sit: quem admodum demum nudatus, atq; flagellis dilaniatus, & liuore ac plagis repletus: purpura induatur, & spinis coronatur, totoq; vultu sanguine madens, & rubens. Denuo flexis genibus adoretur, conspuatur, & tanquam vilissimus hominum propter te reputetur. Et quomodo sanctissimum eius caput, iam spinis confixum, percusserunt arundine: diuino capiti spinas acutissimas profundius imprimetes. Quem admodum etiã hinc baiulans sibi crucem exiuit, & inter latrones suspensus sit, manibus pedibusq; transfixus, cutisque membris in tantum, vt omnia eius ossa dinumerari potuissent, poenalissimæ distentis: quomodo felle potatus sit, & pro crucifixoribus exorauit, atque tam amarissime passus sit, vt se a patre relictum clamaret: & astantem sibi matrem discipulo commendauit. Hæc meditari iustum est & salubre, deoq; gratum, & ad omnem virtutem instructiuum, singulare in gratiam atque internam deuotionem potissime a Christiano congruens: et ad eius sequendû patientiã, obedientiam, humilitatē, & charitatē vehemēter inflama

sa. 50

Math. 14

iohan. 16

Marc. 15.

Luc. 23.

Psal. 21

Psal. 68.

Luc. 23.

iohan. 19

mans. In omni quoque tentatione, non est efficacius dandum remedium, quam ad Christi passionem confugere. Compacienti demum filio suo dilecto ac unico, dulcissimæ matri, ac virginæ genitrici affectuosa mente condolere debemus: & sincero diligentique corde reuoluere, quem admodum in omnibus ijs præcordialissimo suo unigenito, ardentissima atque piissima mater compassa sit: quæ si cõstanter recogitemus, omnis utique rancor, omnis torpor, omnisque voluptas, longe fugient a cordibus nostris: & conabimur abnegare nos, & assequi Christum.

Luc. 9.

De recordatione humili priorum peccatorum.

Art. XVI.



Voniam autem ex similitudine amor nascatur, id solum nos deo facit odibiles, per quod efficiamur ei dissimiles. Hoc vero peccatum est, ille enim sanctus est. Peccatum autem nos reddit immundos & impios. Ideo ait scri

Sabbato meditandum

ptura: Odisti omnes qui operantur iniquitatem. Psalm. 5. Et denuo: Peccata vestra diuiserunt inter deum & vos. Itaque cum peccatum sit languor & immundicia, mors, turpitudineque animæ: volens a peccatis purgari, ea ad mentem reducat, & quantum poterit ea exaggeret, ponderet, atque magnificet: quatenus de eis amplius doleat, seque magis humiliet. Quo namque peccata nostra clarius videmus & confitemur, eo diuino conspectu uehementius absconduntur: & quo de ipsis magis compungimur ac verecundamur, eo amplius tantæ culpa quam pena consumuntur: quo insuper ipsa plus magnipendimus, eo deus ipsa minora diiudicat: & quantum ex ipsa peccatorum atque defectuum

Leu. 11

Psalm. 5.

Esa. 59

Peccator

recorda-

tio utilis